

Ordinirt: 1883 P. Amadeus Hasselwanter.

Veränderungen: P. Valentin Dorfner wurde Pfarrv. in Seefeld, P. Wilhelm Schmid Curat und P. Johann Hoefler als Caplan nach Pfelders, P. Peter Bertagnoli als Caplan nach St. Peter bei Tirol. P. Leopold Warger kehrte ins Stift zurück.

Gestorben: P. Anton Wilhelm, Localcaplan von Huben am 23. Febr. 1884 71 Jahre alt.

Wilhering. Eingekl. Fr. Ant. Bergmann und Fr. Robert Keplinger.

Gestorben: 14. Jänner 1884. P. Paul Niedermayr, Stiftskatechet, geb. 1858, ord. 1882.

Die übrigen noch ausstehenden Personalmeldungen, wie auch die aus Ungarn hoffen wir im nächsten Hefte ergänzen zu können. Die Red.

### Kleine Mittheilungen aus dem Benedictinerorden in Amerika. \*)

St. Cloud. Minn. . . . Auf der White-Eart-Reservation liess sich am hl. Weihnachtsfeste (1883) der bis dahin protestantische Indianer-Häuptling Sang-we-wi mit seiner ganzen Familie vom hochw. P. Alois Hermanuz O. S. B. in die katholische Kirche aufnehmen; auch dessen hochbetagte Mutter wird nächstens die hl. Taufe empfangen. Im Ganzen wurden 9 Personen getauft, sämmtlich Vollblut-Indianer, von denen 7 früher Protestanten und einer Heide waren. Gedachter Häuptling erfreut sich eines guten Rufes und bedeutenden Einflusses bei den Indianern und war vorher eifriger Protestant. Seine Bekehrung ist eine aufrichtige und seinem Beispiele werden bald Andere folgen.

Jamestown. Dakota. Der hochw. Herr Bischof Martin Marty O. S. B. hat seine Residenz von Yankton hieher verlegt. Unser Städtchen liegt an der Northern-Pacific-Bahn und ist die Hauptstadt von Statsmann-County.

Covington. Im St. Josefspriorate war der hier in hiesiger Stadt geb. P. Bonaventura Ostendarp O. S. B. von St. Vincenz in Pennsylvanien auf Besuch. Er kam erst vor Kurzem von Europa zurück, und studirte in München unter berühmten Meistern die Malerkunst; er wird mit Erlaubniss des hochw. Herrn Erzabtes Bonitaz Wimmer in St. Vincenz eine Schule für Kunstmalerei errichten.

Anmerkung. Die Ordensrundschau mussten wir abermals wegen Raum-mangel zurücklegen. Die Red.

## Series Chronologica Scriptorum O. S. Benedicti Hispanorum,

qui ab anno 1750 ad nostros usque dies claruerunt.

Scriptis D. Plaine O. S. B. mon. S. Domingo de Silos.

### I.

#### Exordium.

Quamvis Ordo S. Benedicti jam a tribus circiter saeculis non eadem ac olim scientiae fama prae caeteris familiis religiosis gaudeat, verumtamen multi ex ejus alumnis, majorum vestigiis sedulo insistentes, litterarum ac bonarum artium stadium alacriter percurrere non omiserunt, sicque res praesertim theologicas et historicas apprime tractare et illustrare non cessarunt. Quorum ideo monachorum doctorum tum

\*) Nach der „Kath. Volkszeitung“ 24. Jahrg. 19. Jänner 1884 Nr. 41 mitgetheilt. P. F. K.

nomina recensere, tum elucubrationum seriem texere, operae pretium est. Qua de causa hanc provinciam tentare cupimus post R. P. Ziegelbauer et plures alios, sed pro parte tantum ne tanto labori ingenii nostri succumbat mediocritas: scilicet non de tota familia S. Benedicti (non inclusis tamen Cisterciensibus) hic tractabitur, sed de solis Benedictinis, qui Hispaniam incoluerunt, et a diebus P. Ziegelbauer vixerunt, vel ad tempora anteriora spectantes ab eo oscitantia, aliisve de causis omissi sunt. Hujus tractationis magna utilitas patit ex eo quod nihil usque huic simile tentatum fuerit pro monachis Hispanis a duobus fere saeculis dum Galli, Hungari et alii variis conatibus historicis litterariis locum dederint.

Verum proh dolor! imperfectus exstabit ex multiplici parte praesens catalogus; deficientibus libris et documentis, quorum auxilio ad unguem aliquo modo adduci potuisset. Si quis vero consideret quod noster decessor de penuria notitiarum relate ad res monasticas hispanicas acriter pluribus vicibus conquestus sit,<sup>1)</sup> quamvis id temporis monachi in statu rerum prospero versarentur, nosmet eandem ac multo graviores penurias passuros esse post incendia et vastationes ineuntis hujus saeculi et praesertim post duplicem exclaustationem annorum 1820 et 1835, facile intelliget et excusabit.

Caeterum quam multi hiatus non locum habuissent, si filii S. Benedicti a pace solitudinis abstracti ad turbulencias hujus saeculi, quod dereliquerant, non de novo vi et violentia adacti fuissent, ex hoc conjici potest quod unicum ex sexaginta et uno<sup>2)</sup> hodieum superstes Asceterium Montis Serrati nobis ultra tertiam partem nominum subministraverit. Hoc dictum sit non solum in testimonium veritatis sed et in pignus gratitudinis et commendationis pro R. P. Domino Ramiro Rodamilaus Monacho Monserratensi, cujus eruditioni et industriae debentur omnes notitiae ad hoc insigne monasterium spectantes.

Rebus sic se habentibus, ne in oblivionem recidant cum detrimento litterarum, ista pauca nomina, quae a tenebris eruimus, praesentem Catalogum, quamvis valde imperfectum, talem qualem publici juris faciendum esse existimavimus.

In eo condendo unica nobis erit norma ratio temporis seu epocha mortis: scilicet non successive agetur de theologis, de canonistis et aliis, ne sub distinctionis specie vera confusio emergat, ut pluries in opere R. P. Ziegelbauer, sed de unoquoque scriptore singillatim tractabitur secundum annum mortis.

Aliqua tamen praemittemus de scriptoribus a nostro Praedecessore omissis, et quorum nomina ad nostram notitiam devenerunt, quin

---

<sup>1)</sup> Ziegelbauer: *Historia litter. O. S. Benedicti*, t. 3, p. 535 et alibi.

<sup>2)</sup> Ante sacrilegam exclaustationem, de qua agitur, Congregatio Benedictina Vallisoleitana ex quadraginta et quatuor coenobiis cum mille quingentis et decem monachis coalescebat; Congregatio vero Tarraconensis sexdecim asceteriis cum centum et quadraginta sex coenobitis.

tamen ea ex magna industria et firmo proposito nullum omittendi, inquisierimus.

Domnus Franciscus Beda Plaine, Monachus Congregationis Gallicae O. S. Benedicti et Bibliothecarius S. Dominici Silensis.

§ I. Auctores omissi vel insufficienter enunciati.

I. *Anonymus Silensis* (circa annum 1100).

Huic anonymo, qui certe monachus fuit S. Dominici Silensis in Castella Veteri, et postea ut putant aliqui, sedem episcopalem Legionensem tenuit sub nomine Petri, debetur *Chronicon Regum Legionensium* a Pelagio usque ad Ferdinandum primum (710—1062). Sed valde mutilum ad nos pervenisse videtur istud scriptum, siquidem, auctore fatente, pro objecto habebat rerum ab Alfonso VI. Castellae rege, praeclare gestarum narrationem, dum pars servata nihil aliud est quam tali narrationi mere praeambula et praeparatoria: quod valde dolendum est. Editum est hoc *Chronicon Silense* pro prima vice anno 1719 a nostro Berganze<sup>1)</sup> et pro secunda a doctissimo Patre Florezio<sup>2)</sup>

II. *Berceo* (Gondisalvus de) circa ann. 1200.

Erat iste monachus S. Æ Miliani de Cuculla, apprimeque versatus in litteris tum sacris tum profanis. Multa scripsit et luculenter metricè, in lingua tamen materna: qua de causa numeratur jure merito inter antiquiores et aestimatiores poetas Castellanos. Ejus praecipua opera seu carmina collectim edita sunt Matriti a Thoma Sanchez vergente ad finem saeculo ultimo.<sup>3)</sup>

- Haec sunt: 1. Vida de Santo Domingo de Silos.  
2. Vida de San Millan de la Cogolla.  
3. Del Sacrificio de la Misa.  
4. Martyrio de San Lorenzo.  
5. Loores de Nuestra Señora.  
6. De los signos que apareceran ante del Juicio.  
7. Milagros de Nuestra Señora.  
8. Duelo de la Virgen Maria.  
9. Vida de Santa Oria, reclusa.  
10. Epitafio de la misma.  
11. Hymnos.  
12. Loor don Gonzalo de Berceo.

<sup>1)</sup> Antigüedades de España, t. 2, p. 521.

<sup>2)</sup> España Sagrada, t. 17, p. 297 et seq.

<sup>3)</sup> Collectio Poetarum Castellanorum Saeculo XV. antiquiorum, t. 2, anno 1787.

De novo sub praelo cusa sunt eadem carmina in Collectione Auctorum Castellanorum (tom. 56) cujus curam suscepit Emmanuel Ribadaneyra anno 1846, et ad finem perduxit 1881 71 in 4<sup>o</sup>.

*III. Martin* (Petrus) circa ann. 1300.

Monachus erat iste S. Dominici Silensis, scriptoque mandavit, post Grimaldum et forsan alios ignotos, miracula ab eodem S. Dominico hujus asceterii instauratore patrata ab anno 1232 usque ad annum 1293. Nihil amplius de hoc scriptore scitur, cujus lucubratio a Patre Sebastiano de Vergara in lucem edita fuit.<sup>1)</sup>

*IV. Boil* (Bernardus) Saeculo XVI. ineunte.

Isti monacho praecipuum decus et gloria ex eo quod Evangelium primus praedicaverit apud Indias Occidentales primusque archiepiscopi et patriarchae hujus vastissimae regionis titulo insignitus fuerit, oritur. Attamen nec ei scientiae et litterarum laurea denegari potest. Scripsit enim et edidit ante suam profectioem remotissimas versus insulas opus cui titulus: *Collationes spirituales pro consolatione Patrum anachoretarum Montis Serrati* (1489).

Ipse, qui natus erat Tarraconae in Catalaunia, amplexus est (1459) Ordinem S. Benedicti in eodem sacro Monte ubi postea finem vitae sortitus est anno 1520.

*V. Garcias de Cisneros* 1510.

Natus Torrdelagrenae in regno Toledano (1455) Regulae Benedictinae nomen dedit adhuc adolescens (1476) in domo Pinciana, quae erat Congregationis Vallis Oletanae caput et magistra. Inde missus ad Montem Serratum a Rege Catholico Ferdinando, ut ibi collapsam restitueret monasticam disciplinam Abbas institutus est (1493) et in eodem loco vitam finiit temporalem anno 1510 cum fama Sanctitatis.

De eo egit P. Ziegelbauer (t. 2 p. 216, t. 4. p. 145) sed incomplete.

Inter ejus scripta, sola sequentia nota sunt:

1. *Exercitatorium vitae spiritualis*, editum anno 1499 liber aureus, qui multum profuit S. Ignatio novam vitam in Solitudine Manresae inchoanti.

2. *Directorium Horarum Canoniarum*.

3. *Reglas y Estatutos para los Niños (pueris) Escolanes de Montserrat*.

4. *Reglas y constituciones de los Padres Ermitanos de Montserrat*: Quae Regulae et statuta ab Alexandro VI. approbata fuerunt per Breve anni 1495.

---

<sup>1)</sup> Vergara: *Vida y milagros do Santo Domingo de Silos*.

*VI. Balez (Ildefonsus).*

Pauca scimus de isto scriptore, qui Castellanus origine, monasticam regulam professus est anno 1498 apud Montem Serratum, et ibidem mortuus est octo annis postea.

Theologicum aliquod opus ad unguem deduxit cui titulus: *El matrimonio espiritual quod sub praelo cusum est* anno 1508 jam defuncto auctore.

*VII. Petrus Burgensis (1535).*

Petrus, cui ex loco originis Burgensis nomen datum est, amplexus est Regulam S. Benedicti in eodem monte Serrato anno 1481 ante adventum Patris Garciae de Cisneros. Eidem mortuo Abbas suffectus est (1512). Tandem decessit in eodem loco anno 1535. Ei debetur prima historia tam pii et tam celebris Sanctuarii, quae historia in lucem prodiit (1514) sub hoc titulo:

*Historia del santuario de Nuestra Señora de Montserrat y Milagros, que ha obrado en el la Santisima Virgen.*

*VIII. Michael de Sobrarias (1550).*

Alter iste monachus Montis Serrati natus est apud Cardanos viculum Aragoniae regni, vestem S. Benedicti induit anno 1513, vitam finiturus 1537. In rebus theologicis apprime versatus sed simul modestia insignis, humile abbreviatoris et compilatoris sibi munus ambivit. Inde prodiit 1. *Compilatio ex omnibus scriptis S. Augustini extracta* (1 tom. in folio) 2. *Compilatio omnium operum St. Thomae Aquinatis.*

*IX. Brenach (Antonius) 1545.*

Insignis poëta latinus fuit iste, qui simili modo Montis Serrati solitudinem incoluit, et ibi obiit plenus meritis anno 1545 post decem et septem annos professionis.

Inter ejus carmina praecipua computantur:

1. *Historia Regii Monasterii Montis Serrati*, quae 1699 versibus alexandrinis constat.
2. *Novem Musae seu Novem Vitae Sanctorum.*
3. *Epithalamium Salomonis versu phaleutico decantatum.*

*X. Petrus Alfonsus Burgensis.*

Multum et sat luculenter scripsit iste Petrus, qui natus in provincia Zelandiae Hollandicae sed ex parentibus Hispanis et nobiliter educatus in aula Caroli quinti, mundi gloriam et divitias sprevit ut Christi suave jugum subiret in Asceterio Montis Serrati anno 1534, ubi deinceps vitam finivit cum magna fama virtutum et

Sanctitatis (1572). De eo egit Ziegelbauer (t. h. p. 165 et alibi) sed nimis jejune.

Haec sunt scripta, quae reliquit iste doctus et pius monachus:

1. De los beneficios de Dios, 1 tom.
2. De la Vida solitaria, »
3. De la Inmortalidad del alma, »
4. Del Santisimo Sacramento del altar, »
5. De las alabanzas à Maria Santisima »
6. De la preparacion para la muerte, »
7. De las tres virtudes theologales, »
7. De las religiones, »

#### XI. Juan de Medina (1580?)

Istius scriptoris nudum nomen invenitur apud Ziegelbauer (t. 3, p. 594.)

Erat Abbas S. Vincentii Salmanticensis circa medium decimum sextum saeculum et concionatoris munus cum tanta fama exercebat, quod adveniente Vallisoletum primogenito Caroli V, qui fuit Philippus secundus, Rex omni memoria dignus, nostro Joanni cura demandata fuit concionandi coram tali Principe. Qui Princeps admirans oratoris ingenium et eloquentiam, ut circa eandem materiam tractatum ederet, ab eo enixe postulavit.

Inde opusculum cui titulus: De la Orden que en algunos pueblos de España debria ser puesto por el remedio de los verdaderos pobres. Salmanticae prodit anno 1545 pro prima vice.

De novo cum est sub praelo in annis 1757 et 1766 sub titulo: De la Caridad discreta etc. Nihil amplius scitur de isto Joanne de Medina.

#### XII. Encinaz (Sebastianus) 1590?

Hispani natus iste Sebastianus habitum S. Benedicti et apud Montem Serratum induit in anno 1551, ignotus vero remanet annus mortis ejusdem Scripsit opusculum cui titulus: Instruccion de como se han de criar los hijos de los Principes y grandes Señores. 1 tom.

#### XIII. Castell (Antonius) 1640?

Catalanus origine, Castell ingressus est Montis Serrati Monasterium anno 1572, ubi sanctissime vixit usque ad aetatem centum quatuor annorum. Quamvis ad humilem Conversorum ordinem pertinuerit, scientia tamen et eruditione clarus fuit. In testimonium adduci possunt duae tractationes sequentes, quas ad unguem perduxit scilicet.

1. Teoria y practica de Farmaceuticos. Prodit Barceonae, 1592 1 in 4<sup>o</sup>.
2. *Francilogium sacrum*. 1 in folio.

*XIV Marqués* (Joannes) 1658.

Natus erat Marqués Arbecae (dioecesis Tarraconensis) intravitque monasterium Montis Serrati in anno 1576, moriturus in eodem octoginta annis et amplius elapsis seu in anno 1658. Musicae studuit cum maximo proventu, brevique factus est peritissimus tum in arte organa pulsandi tum in compositione cantuum, et omnium quae pertinent ad musicam sacram. Inter ejus scripta castellana computantur:

1. Lectiones et exercitia ad Gregorianum cantum addiscendum.
2. Sex Missarum cum vocibus cantandi rationes.
3. Duo officia Tertiae et Vesperarum pro quinque vocibus.
4. Psalmodia, offertoria, et alii cantus super organum.
5. Hymni et cantica ad Sanctissimae Virginis laudem super organum.

*XII. Sanchez* (Franciscus) 1604.

Lusitanus genere Sanchez vitam monasticam amplexus est apud Montem Serratum anno 1577 ibique obiit plenus meritis in anno 1604. De eo meminit Ziegelbauer (t. 4, p. 38) sed nimis jejune. Versatissimus erat in sacra scriptura ut probant doctae Commentationes in Genesim et plurimos alios, quorum seriem hic exhibemus, nec etiam linguae hebraicae ignarus erat.

Haec sunt scripta ejus, quae hactenus omnia inedita jacent, excepto unico ultimo, teste doctissimo Nicolao Antonio.<sup>1)</sup>

1.	Concordia in Genesim	1 col. in fol.
2.	» » Exodum	»
3.	» » Numeros	»
4.	» » Deuteronomium	»
5.	» » Librum Josue	»
6.	» » libros Judicum	»
7.	» » Ruth	»
8.	» » quatuor Libros Regum	»
9.	» » Proverbia Salomonis	»
10.	» » Canticum Canticorum	»
11.	» » librum Job	»
12.	» » Psalterium David	»
13.	Dictionarium Hebraicum	»
14.	De Nominibus Dei	»
15.	Commentarium in Ecclesiasten cum Concordia Vulgatae editionis et Hebraici textus	»

*XVI. Sancho* (Petrus) 1627.

Sancho natus in vico dicto Pons, in dioecesi Gerundensi. Regulam S. Benedicti amplexus est apud Montem Serratum (1586)

<sup>1)</sup> Biblioth. Hisp. nov. T. I, p. 495.

Duodecim post annis (1598) missus est ad Indias Occidentales ut ibi Benedictini ordinis novum conderet asceterium. Regressus deinde ad Montem Serratum Historiam ordinis S. Benedicti apud Indos composuit, quam Philippo secundo Hispaniarum Regi dedicavit sed nondum sub prelo cum fuit hoc scriptum, ni fallamur.

Tandem promotus ad gradum abbatialem apud Rivipullenses monachos ibi vitae finem sortitus est in anno 1627.

*XVII. Solsona (Michael) 1629.*

Iste Catalanus genere vestivit habitum S. Benedicti in monasterio Montis Serrati, ibique post vitam studiis et piis exercitationibus deditam mortuus est in anno 1629. Sequentia scripta reliquit, quae adhuc jacent inedita:

1. Noticias historicas para la de Montserrat, 1 t.
2. Notas para la historia de la Orden Benedictina y de sus Monasterios en España.
3. Historia del monasterio del Estany (de los Canonigos de S. Agustin).
4. Fundacion del Monasterio dels Arguels.
5. El obispo Gothmaro que vivia en el año 888 y se llamaba obispo de Vich y de Manresa con otras varias noticias muy curiosas.
6. Antigüedades de Montserrat etc.

Ibi multa documenta offert circa jurisdictionis litem inter Montisserrati et Rivipulli Abbatias.

*XVIII. Oliver (Matthaeus) 1620.*

Gallus genere Oliver factus est tamen monachus S. Benedicti apud Montem Serratum in anno 1597, ibique pie vitam finivit circa ann. 1620. Scripsit Gallico sermone hujus asceterii historiam quam Reginae Christianissimae dedicavit (Lyon 1617).

*XIX. Muñoz (Anselmus) 1640?*

Huic, qui Benedictinus erat, sed cujus locus natalis et res gestae ignorantur, debetur Relacion de las fiestas que D. Antonio Vaneges de Figueroa, obispo de Pampelona, hizo celebrat al honor del Santisimo Sacramento. Pampelona, 1609.<sup>1)</sup>

*XX. Perez (Cyriacus) 1637.*

Castellanus ortu Perez habitum S. Benedicti induit apud eandem Montem Serratum (1598), et obiit in eodem loco in anno 1637. Duo reliquit scripta, scilicet

<sup>1)</sup> Biografia ecclesiastica t. XIV. p. 730.

1. Ejercicios espirituales. Sub praelo cusi sunt in anno 1616.
2. Tratado de la Oracion mental (Ineditum).

*XXI. Trujillo* (Alfonsus).

Castellanus item genere, et Monserratensis professione monastica, quam emisit in anno 1610 Trujillo rara versus componendi facilitate enituit. Poema ejus praecipuum habet pro objecto: La Vida y martyrio de San Zoilo. Continet 16.000 versus sed adhuc ineditus est. Auctor hujus poematis mortuus est in anno 1641 apud S. Felicem Guiccolensem, cujus erat abbas a quinque annis.

*XXII. Figueroa* (Joannes).

Alter Monserratensis similiter et Castellanus genere, et poeta ingenio. Vivebat circa initium decimi septimi saeculi, redegitque:

Conciones reales à la gloriosísima Virgen Maria de Montserrat . . . et alia sed omnia jacent inedita.

*XXIII. Palagius à S. Benedicto.*

Iste scripsit: Sumario de Oracion etc.: Burgis, 1626 ubi multa et utilissima documenta continentur tum de officio divino tum de Sanctissimo Rosario et aliis precum formulis.

Natus erat Jadracae in dioecesi Seguntina (Siguenza) vitam vero monasticam professus est apud S. Petrum de Arlonza, cujus monasterii postea factus est Abbas, et deinde S. Martini Matritensis etc. Non solum Theologiae scientia clarus fuit, sed etiam in Musicae et Calligraphiae artibus; et sua manu descripsit tum Antiphonaria tum alios libros chorales S. Petri de Arlonza. Ignoratur annus mortis.

*XXIV. Guarin* (Joannes) 1642.

Gallus genere, ad instar plurium aliorum jam nominatorum Guarin sese ad Montem Serratatum recepit ut Regulam S. Benedicti profiteretur. Ibi etiam mortuus est circa annum 1642.

Haec sunt ejus scripta numero et varietate multa sed proh dolor! adhuc omnia inedita

1. Vida y milagros del gran Patriarco S. Benito.
2. Catalogo de las religiones, que hay en la Iglesia Catolica.
3. Casos selectis de conscientia con suo decisiones.
4. Origen, descendencia y nombres de los sumos Pontefices, Emperadores, Reyes y otros Principes soberanos, que ha habido desde Adan hasta el año 1627.
5. De las jurisdicciones del real monasterio de Montserrat
6. De los Memoriales en derecho.

7. *Vidas de Muchos Monjes, Ermitaños, y Legos de Montserrat.*
8. *Historia General*, 8 tom.
9. *Sobre diferentes materias*, 2 tom.

Insuper de hispanica in latinam linguam convertit opera Senecae (2 vol.) et similiter de Gallico in Hispanicum idioma Octo tomos diarii, quod Vocatur: *Mercurius Franciae* (*Le Mercure de France*).

*XXV. Pobes de San José* (Didacus).

Iste, quem obiter tantum indicat Ziegelbauer (t. 3, p. 563) erat Cotelanus genere et professione Monserratensis monachus. Obiit in anno 1649.

Sequentia reliquit tria scripta inedita excepto uno

1. *Manuale Ecclesiasticum seu tractatus de Ceremoniis Missae tam privatae quam solemniss et etiam pontificalis.*
2. *Dominicale, seu Ritualis parvi species.*
3. *Ordo perpetuus in dies divini officii recitandi Missamque celebrandi juxta Breviarium et Missale Romanum denuo a SS. Domino nostro Urbano VIII. recognitum et auctum. Gerundae, 1640, 1 in 8<sup>o</sup>.*

*XXVI. Gomès* (Ambrosius).

Monachus erat S. Martini Matritensis, et concionator egregius. Scripsit Moysen Segundo, la *Vida de Santo Domingo de Silos*, quae prodiit Matrii anno 1653. Nihil amplius scitur de isto scriptore.

*XXVII. Crespo* (Franciscus).

Iste, cujus nudum nomen offertur a nostro decessore (*Hist. litter. t. 3, p. 559*), natus Calataynda in regno Aragonia (1594) sese recepit ad Montem Serratam ut vitam profiteretur monasticam (1625). Electus hujus asceterii Abbas (1649) ibidem diem obiit supremum (1664). Non solum ut theologus enituit, sed etiam ut poeta tum latinus tum Castellanus. Item Confessarii docti et sapientis munus magna cum laude explevit.

Haec sunt ejus scripta partim edita, partim inedita:

1. *Tribunal Thomisticum de immaculato Deiparae Conceptu: Candidum jus ore Angelico dicens,*  
*Doctrinam Angelicam cum Virginis albescente origine, pulchra pace concilians, Ad orationem pro ipsius causa inferens*  
*Pias preces Regi Catholico pro ejusdem desinibilitate . . . concludens. Prodiit Barcinonae, 1657, 1 tom.*
2. *Memorial justo y piadosa al Rey Nuestro Señor D. Felipe el Grande, IV. en el nombre . . . por la Inmaculada Concepcion de la Madre de Dios Barcinonae, 1657, 1 in 4<sup>o</sup>.*

Hoc scriptum nihil aliud est, ni fallamur, quam praecedens à latino in hispanicum idioma conversum.

3. Vida del Venerable è Ilustrísimo Señor D. Luis Crespi de Borjà, obispo de Plasencia, Embajador de España en Roma. 1. tom. (Ineditum.)

4. Historia. Cronica del Monasterio de Nuestra Señora de Montserrat.

5. Tratados teologicos, 1 in fol.

*XXVIII. Vila (Benedictus).*

Catalanus ortu, Monserratensisque monachus professione, quam emisit anno 1642, Vila ad unguem perduxit Commentarium super Psalmos David, quod ineditum remansit. Ignoratur annus mortis.

*XXIX. March (Joannes).*

Eadem dici debent de isto scriptore quoad regionem natalem, locum professionis, et annum mortis. Scripta vero, quae reliquit inedita, sunt sequentia:

1. Epitome de la Cronica general de la Orden de San Benito. 1 tom. in folio.

2. Declaracion de los siete pecados mortales, y de las siete virtudes opuestas, 1 tom.

3. Los Cinco libros de Consolacione de Boecio Severino traducidos del latin al Español.

*XXX. Forcada (Anselmus).*

Natus Podii Cerdae in dioecesi Urgellitana, Forcada ingressus est Monasterium Montis Serrati (1644) ibique pia vita functus est in mense Augusto anni 1675. In poesi Castellano peritus erat, ut probant:

1. Historia del Monasterio de Montserrat y milagros de Nuestra Señora, quae scripta est in versibus, sed nondum sub prelo cusa.

2. Obras Varias, quae similiter in versus redactae et Mariae Theresiae de Austria, Reginae Gallorum dedicatae, prodierunt Parisiis in anno 1665.

*XXXI. Marti y Marva.*

Natus Dalmanae in Catalaunia, Marti Regulam S. Benedicti amplexus est (1620) apud Montem Serratum, cujus etiam factus est Abbas (1645) ibique pie decessit in anno 1678.

Auctor est opusculi cui titulus: Tratado en favor de los Escolanes y Seminario de Nuestra Señora de Montserrat. Tolosa, 1650, in 4<sup>o</sup>.

*XXXII. Royo (Ignatius).*

Natus Calatayndae in Regno Aragoniae sed Regulam S. Benedicti professus apud Montem Serratum (1625) tantae scientiae et sapientiae famam adeptus est ut successive abbatiali dignitate pluribus vicibus auctus fuerit et deinde promotus tum ad sedem archiepiscopalem Dacer in Sardiniae insula tum ad sedes episcopales Albarocinensem et Barbastrensem in Hispania. Obiit in anno 1680 annos natus septuaginta.

De Mandato ejus prodierunt: *Constituciones Sinodales del Obispado de Barbastro*, 1675.

*XXXII. Cèrerols (Joannes).*

Catalanus genere, Monserratensisque monachus professione Cèrerols musica scientia apprime pollebat, multasque compositiones musicas, scilicet *Missas*, *Vesperas*, *Salve partim* cum pluribus vocibus et cum organo composuit. Quae collecta sex tomos in folio aequiparant. Mortuus est in anno 1680.

*XXXIII. Castro (Joannes de).*

Pauca de isto scimus, qui cum esset Prior asceterii Silensis in Castello Veteri novam et eruditione plenam edidit S. Dominici hujus monasterii abbatis et instauratoris vitam. Prodiit *Matrite*, 1688. Tribus vicibus Abbas fuit institutus pro quatuor annis ejusdem coenobii nempe anno 1681, 1689, 1694. Rexit item tanquam abbas monasterium S. Martini Matritensis. Insuper novam vitam S. Benedicti scripserat, quae servabatur inedita in archivo Silensi ante exclaustationem anni 1835.

*XXXIV. Capelladas (Josephus).*

Natus apud Martorall, dioeceseos Barcinonensis, Capelladas sese recepit ad Montem Serratum, ubi obiit in anno 1688 post quadraginta et tres annos professionis monasticae.

Haec sunt numerosa sed proh dolor! adhuc inedita ejus scripta.

1. *Additiones pro complemento Sylvae allegoriarum Laureti*. 4 in fol.

2. *Scriptores Benedictini*. 1 in fol.

3. *Dicta SS. Patrum de Misterio Sanctissimae et individuae Trinitatis*. 1 in fol.

4. *Onomatologia B. Mariae, seu nomina, epitheta et encomia quibus Beata Dei Genitrix Maria, sine peccato originali concepta, a SS. Patribus et Ecclesiae Doctoribus benedicuntur et honorantur*. 4 in fol. Ibi tractat auctor de 7,600 nominibus B. Virgini attributis.

5. *Apis Virginea e floribus SS. Patrum et aliorum Doctorum collecta*. 1 in fol.

*XXXV. Torrès (Andreas).*

Natus Jacae in anno 1672 Regulam S. Benedicti professus est apud S. Joannem Pinnatensem (San Juan de la Peña) sed ignoratur annus mortis.

Inter ejus scripta numerantur adhuc inedita, ut apparet:

1. Origen y sucesion de los Reyes de Aragon y de Navarra desde VIII. al XII. siglo
2. Epistolas et miscellanea.

*XXXVI. Vega (Emmanuel).*

Hujus scriptoris tum locus natalis tum annus mortis ignoratur sed monachus erat Rivipullensis in Catalaunia, et scripto mandavit:

1. Constitutiones provinciales o capitulares de la Congregation Tarraconense.
2. Poema de translatione S. Olegarii, Barcinonensis Episcopi. Barcinonae, 1702.
3. El ambicioso politico infelix (de italico in hispanum idioma versum).

*XXXVII. Chia (Emmanuel).*

Monachus erat S. Victoriani, et egregii Concionatoris partes cum maximo zelo implevit circa annos 1720—1730. Nihil amplius scimus de isto monacho.

*XXXVIII. Josephus a S. Benedicto, alias a lampadibus.*

Natus in Flándria et litterarum omnino experts venit peregrinus ad Montem Serratum pietatis causa, et ibi supplex et omnium monachorum prostratus pedibus ut in eorum numero tanquam conversus admitteretur, vix obtinuit. Insuper nullum aliud officium habuit quam cura accendendi et concinnandi lucernas. Sed nihilominus a Deo illuminatus, et scientia infusa donatus varios tractatus tum latino tum hispanico sermone conscripsit. Obiit cum maxima fama Sanctitatis in anno 1723. Inter ejus scripta recensentur:

1. Fratris Josephi a S. Benedicto, opera omnia. Prodierunt Matrili, 1738, in fol.
2. Vida interior de Fray Jose de San Benito, religioso lago del monasterio de Montserrat, escrita de su propio mano. Adduntur aliquae ejusdem cartae spirituales Madrid, 1746, 1 in folio.

*XXXIX. Argerich (Benedictus).*

Iste non a praecedenti separari convenit, siquidem scripsit: la Vida exterior del venerable lago Fray Jose da San Benito. Matrili, 1746, 1 in 4<sup>o</sup>.

Edidit similiter varia opera ascetica. Aliunde natus erat Bioscae in Catalaunia, religionemque S. Benedicti amplexus est apud Montem Serratum (1719) cujus etiam factus est abbas (1753) ibique finem vitae sortitus est (1754).

*XL. Lopez* (Michaël).

Natus Villarogae in Aragonia, et monachus Montserratensis ab anno 1685 in eodem sacro monte obiit Michael in anno 1723. Egregius psaltes sequentia scripta reliquit partim latina, partim hispanica :

1. Exagoga ad musicam, 2 in fol.
2. Miscellanea musica 1 in fol.

*XLI. Presiach* (Vincentius).

Musicus et ipse Vincentius natus est Morellae in dioecesi Dertusensi, Regulam S. Benedicti amplexus est apud Montem Serratum, et ibi mortuus est in anno 1726. Scripsit multa de Musica sacra tum latino tum hispanico sermone, quae digna sunt laude, sed omnia jacent inedita, ut videtur.

*XLII. Martinez de Cisneros* (Didacus).

Martinez, cujus ignoratur locus natalis et annus mortis fuit Abbas S. Petri de Arlanza, et Visitor Congregationis Vallis Oletanae, et scripsit contra plures Assertiones historici Joannis Ferrerae, unde titulus: Ante-Ferreres . . . seu *Vindicatio* Ferdinandi Gonzales comitis supremi Castellae et primi fundatoris S. Petri de Arlanza.

Prodiit iste liber Matriti in 4<sup>o</sup>. anno 1724 sed tacito nomine auctoris.

*XLIII. Martinez* (Petrus).

Quamvis pertinuerit ad ordinem conversorum apud S. Petrum Cardignensem (Cardaña prope Burgos) iste monachus in arte architectonica nihilominus excelluit, tantamque famam adeptus est ut multa aedificia in toto Castello erexerit, quorum aliqua adhuc supersunt, inter quae numerari debet Capella nova S. Dominici Silensis. Plura etiam scripsit de eadem arte scilicet: librum de Perspectiva: alium de Geometria; tertium de architectura hydraulica item fragmenta de scientiis mathematicis in quibus vindicat constructores de calumniis, quae continebantur in libro cui titulus: *El curioso arquitecto*.

Insuper cum magna industria novum instrumentum adinvenerat ad facile metiendas tum longitudes tum latitudes: cui instrumentum nomen dedit: *Arquimetro*. Qua de causa peritissimos inter artium inventores jure merito numeratur noster Benedictinus.

Vita functus est in anno 1733.

*XLIV. Reventes* (Adelelmus).

Natus Vilafrancae de Panadès in dioecesi Barcinonensi anno 1654 Reventès Regulam S. Benedicti professus est in anno 1681 apud Montem Serratam, ibique diem obiit supremum in anno quinquagesimo septimo suae professionis. Annalibus sui Monasterii apprime studuit, ut probant scripta, quae reliquit nempe:

1. Breve historia de la montaña y Santuario de Nuestra Señora de Montserrat, 1 in 8<sup>o</sup>.

2. Historia de los antiguos Priores y Abades que ha tenido el monasterio de Montserrat, 1 in 4<sup>o</sup>.

3. De los Bichhechores del real monasterio de Montserrat.

His dictis de aliquot e Benedictina familia alumnis a R. P. Ziegelbauer oscitantia aliisve de causis praetermissis, nunc de iis, qui post dies ejusdem Bibliographi vixerunt, agetur scriptoribus. Quorum in numero computari debere putamus non solum Benedictinos, qui vere scriptis suis nomen suum illustrarunt, ac litteris tum sacris tum profanis plus minusve profuerunt, sed etiam eos qui ad episcopalem gradum sunt evecti. Et jure merito siquidem ad talem ac tantam dignitatem promoveri non potuerunt, quin sapientiae et scientiae laude prius claruerint, et aliunde post hanc evectiorem pluries epistolas ad clerum et populum direxerunt, typisque mandarunt.

(Continuatur.)

## Correspondenzen des Königs und Kaisers Ferdinand I

in kirchlichen Angelegenheiten aus der Zeit von 1546—1559.

Mitgetheilt von Sebastian Brunner.

(Fortsetzung zu Jahrg. V. Heft 1, S. 199—208.)

V. Ferdinand trägt dem Cardinal auf, im Verein mit dem ständigen Gesandten in Rom den Papst um Hilfeleistung für den nahe bevorstehenden Türkenkrieg zu bitten.

Instructio pro Cardinale Tridentino  
ad Pontificem in causa subsidij de  
2. Octobris 1551.

Ferdinandus etc.!

Instructio earum rerum, quas Reverendissimus in Christo pater, Dominus Christophorus Sanctae Romanae Ecclesiae tituli Sancti Caesarei in Palatio Presbijter Cardinalis Episcopus Tridentinus et Administrator Brixiniensis, Amicus Princeps et Consiliarius noster charissimus apud Sanctissimum in Christo patrem et Dominum Dominum Julium III. Divina providentia Sacro-Sanctae Romanae et Universalis Ecclesiae Summum Pontificem Dominum nostrum reverendissimum nomine nostro reverenter diligenterque proponere agere tractare ac petere et requirere debet.